



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm I. Svb Damaso, In quo Vrsacius & Valens Ariani
damnati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

298 DAMASVS CONCILIVM VALENTINIANVS^S VALENS^S IMP.

scopos, subuenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, ut ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum praebere non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neque ibi, neque alicubi consecrationis donum percipiat, imo metropolitani sui iudicio cedat.

CONCILIVM ROMANVM I
S V B D A M A S O,

In quo Vrsacius & Valens Ariani damnati.

N O T A.

Acta Con- * *Concilium Romanum.*] In hac Synodo, Romæ sub Damasi pon-
cili. tificatus initio celebrata, Valens, Vrsacius, ceterique manifesto
Ariani damnati, totique orbi terrarum per literas pontificis denun-
tiati fuerunt. Ita enim scribit Athanasius ad episcopos Africanos:
Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti, & magna
Roma episcopi, ceterorumque tot numero ibi congregatorum, &c. Et
paulo infra: *Gratiam habemus & illius (Damasi) pietati, & ceteris,*
qui Roma conuenerunt, quod Vrsacio & Valente cum sociis suis eiusdem
sententia electis, concordiam ecclesia conferuarint. Hanc vero Sy-
nodum ante damnationem Auxentii Romæ coactam fuisse, ex ver-
bis eiusdem Athanasii praecedentibus manifeste patet: nam pre-
dicta epistola de Auxentio multa locutus, scriptis se mirari, cur studio
& opera Damasi pontificis, cui de Auxentii hæresibus plura scri-
psisset, hæresiarcha nondum ex ecclesia electus & depositus fue-
rit. Illo igitur tempore, quo Athanasius pontificem de Auxentio
condemnando per literas admonuerat, hanc in causa Vrsacii, Va-
lantis, aliorumque Arianorum coactam fuisse, ex praecedentibus
patet.

Tempus
Concili.